fuerint euuangelia cum officia. Dicit
dominus complebuntur. Dominica .xxv.
Dicit dominus. vers. Collecta.
Excita quesumus domine po-
tentiam tuam et veni.
et quod ecclesie tue promisisti:
usque in finem seculi clementer
operare. Qui vivis. Lectio ieremie
Ecce dies veniunt prophe(ta)
dicit dominus: et susci-
tabo david germen iustum
et regnabit rex. et sapiens
erit et faciet iudicium et ius-
ticiam in terra. In diebus illis
salvabitur iuda: et israel
habitabit confidenter. Et hoc
est nomen quod vocabunt
eum: dominus iustus noster. Propter
hoc ecce dies veniunt di-
cit dominus: et non dicent
ultra vivit dominus qui edux-
it filios israel de terra e-
gypti. sed vivit dominus qui
eduxit et adduxit semen
domus israel de terra aquilo-
nis. et de cunctis terris
ad quas eiecerat eos illuc
et habitabunt in terra sua. clx
Dicit dominus: omnipotens. Gr. Li-
berasti nos. Alleluia. Orietur
stella ex iacob et exurget homo
de israel. Secundum iohannem.
In illo tempore: Cum sublevasset
oculos ihesus: et vidisset quia
multitudo maxima venit
ad eum: dixit ad philip-
pum. Unde ememus panes
ut manducent hii? Hoc autem
dicebat temptans eum: ipse
enim sciebat quid esset fac-
turus. Respondit ei philippus.
Ducentorum denariorum panes
non sufficiunt eis: ut u-
nusquisque modicum quid ac-
cipiat. Dicit ei unus ex dis-
cipulis eius: andreas fra-
ter symonis petri. Est pu-
er unus hic: qui habet quin-
que panes ordeacios et duos
pisces. Sed hec quid sunt
inter tantos? Dixit ergo
ihesus. Facite homines discum-
bere. Erat autem fenum mul-
tum in loco. Discubuerunt
ergo viri: numero quasi
quinque milia. Accepit er-
go ihesus panes: et cum gratias
egisset distribuit discum-
bentibus. Similiter et ex pis-
cibus: quantum volebant. Ut
autem impleti sunt: dixit dis-
cipulis suis. Colligite que